



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De homicidio casuali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

casuali. Nam que ad hoc, homicidium istud casuale cen-
setur, quippe nullam culpam, imo meritum habeat. quod
Caiet. adnotavit in summa. in verb. irregularit. in fin. tamen hoc
homicidium voluntarium verè sit, licitum tamen, vt satis
constat. Atque hæc dicta sunt de homicidio voluntario, de
irregularitate ex eo contracta, & de dispensatione super
hoc impedimento impetranda, à quo scilicet petenda sit.
Reliquum erit de homicidio casuali tantisper agere, ad
pleniorum huius tractatus examinationem.

§. Q V A R T V S.
De homicidio casuali.

S Y M M A R I A.

- 1 Homicidium casuale quid sit, & quando ad irregularitatem sufficit, nu-
mer. 10.
- 2 Irregularitas oritur ex homicidio casuali cum distinctione operis illiciti, &
liciti, & ibidem de Medico, que in hoc §. datus explicatur, quam sue-
rit à Doctoribus tradita.
- 3 Chirurgus, an irregularis sit, & de Medico Chirurgi, clericus, & an me-
dicus imperius puniatur de morte egroti, & de sagitta à vulnerato ex-
tracta.
- 4 De dolente cum femina gravante illicito, ita vt abortus sequatur, &
inibi intellectus cap. sicut homicid. & num. 10.
- 5 Si equitans puerum irruerit, quatenus tenetur, item si Magister discipu-
lum castigans modum excedat, item, si campana pulsatio causam morti
dederit, & de hoc vide etiam num. 9. & inibi intellectus cap. dilectus, de
homicid. & num. 10.
- 6 Si in iusu licito ex lapide ictu quis vulneratus mortuus fuerit, & inibi in-
tellectus cap. exhibita, de homicid. & ibi de ictu disci, perperisus Homeri
lectus.
- 7 Sphæra ludus apud Homerum exponitur ad Iulij Pollucis interpretationem
adversus Erasmodum.
- 8 Diligentia summa excusat irregularitatem in homicidio casuali, & inibi
intellectus cap. continebatur, de homicid.
- 9 Latissima culpa, an efficiat quam irregularitatem, si in chartarum iusa aliquis
occisus sit, item si mulierij occasione vir uxorem interfecerit.
- 10 Nulla adversus communem Canonistarum distinctionem de opera licita,
& illicita ad casuale homicidium traduntur, & inibi vera resolutio.
- 11 Habens in domo vesum, leonem, canem, aliamve feram, an sit irregularis, si
ea hominem occiderit.

Homicidium autem casuale illud dicitur, quod casu
1 præter intentionem committentis, vel causam dan-
tulerit. Nam secundum Aristot. 2. Physic. *Causa est causa
agens præter intentionem*, cuius rei gratia subiciam hoc in loco
S. Thom. dist. 2. q. 64. art. 8. ea, inquit, que casualia sunt, simp-
liciter loquendo, non sunt intentæ, nec voluntaria. Et quia
omne peccatum est voluntarium, secundum Augustin.
consequens est, quod casualia in quantum huiusmodi, nõ
sunt peccata: contingit tamen id, quod non est actus, & per
se voluntarium, vel intentum, secundum quod causa per
accidens dicitur remouens prohibens. Vnde ille, qui non
remouet eam, ex quibus sequitur homicidium, si debeat re-
mouere, erit quodammodo homicidium voluntarium. Hæc
Thomas, qui statim sequitur & probat communem Cano-
nistarum distinctionem, que solet in homicidio casuali
adhiberi in hunc sanè modum, vt qui dederit operam rei
illicitæ, si casuale homicidium sequatur, irregularis sit: si-
ue adhibuerit diligentiam, quam potuit, ne sequeretur: si-
ue negligens fuerit. Is verò qui dederit operam rei illicitæ,
tunc denique sit irregularis, cum non adhibuit eam dili-
gentiam, quam potuit & debuit adhibere, ne homicidium
casuale sequeretur. Hanc opinionem ex pluribus iuris
Pontificij decisionibus exponit gl. in *officium dignum*. §. vlt. in
verb. *confiliam*. & in cap. *continebatur*, de homicid. & vbiq. Dd.
communiter: Caiet post S. Thomam in d. art. 8. vbi eleganter
scribit, hanc distinctionem quoad irregularitatem esse ad-
mittendam, non tamen quoad peccatum: siquidem ille,
qui dat operam rei illicitæ, si adhibuit diligentiam, quam
debuit, & potuit, ne homicidium casuale sequeretur: &
nihilominus casu id contigerit, erit reus illius actus illiciti,
cui dabat operam, non tamen homicidij, sicut nec quo-
ad peccatum erit homicidij reus, qui dedit operam rei il-
licitæ, & aliquam absque dolo culpam habuit: tenetur tamen
penitere. gl. Abb. & Anan. & Felin. in cap. *presbyterus*,
de homicid. text. optimus in cap. vlt. q. 1. Alfonso à Castro. lib.
2. de potestate legis penalis. cap. 14. vers. *secunda propositio*. & Dom.
Sor. lib. 5. de iust. & iur. q. 1. art. 9. eandem Canonistarum di-
stinctionem sequuntur Alber. Trotius de vero & perfæto. cler.
lib. 2. cap. 17. Gonfal. à Villad. de irregular. cap. de percussore, col. 6.
Soc. in cap. ad audientiam de homicid. nu. 48. & post alios Syluest.
in verb. *homicid.* 2. col. 1. cui equidem distinctioni ad eius pro-
positionem aptanda sunt aliquot iuris humani responsa.

Primum ad prioris partis exemplum adduci solet tex. in

c. tua nos. in princ. de homicid. etenim monachus, qui timore
pietatis causa, ferro aperuit, quia vulneratus morte obiit,
irregularis censetur: & tamen omnem diligentiam adhi-
bit, quæ chirurgus periculosissimum adhibere tenebatur. E-
bunt necessaria. Primum, quod sit peritus in ea professione,
moneri infirmum, & sicuti. ff. de offic. presid. Secundum, quod ab-
& arte. l. *illicita*. §. *sicuti*. ff. de offic. presid. Secundum, quod ab-
mento futura. text. in d. *c. tua nos*. Nec tamen tenetur semper
Dd. in d. *c. tua nos*. nisi ægrotus propter maximum ægritudi-
& continuò adesse ægrotò, secundum Holtien. Anchar. &
nis periculum custodia indigeret, tunc equidem tenetur
medicus vel presens esse, vel admonere, vt diligenter tenetur
stodiatur. Sic Host. ceter. in summa de etat. & quali. §. *ordo*. cap.
ex post facto. quem refert & sequitur Ripa. in tract. de pæni. par.
vlt. §. *medicorum*. num. 48. quo in loco multa adducit de medi-
cis imperitis, an & hinc teneantur, si infirmus ob eorum cul-
pam moriatur, Eit enim text. in d. *c. tua nos*. qui probat illi-
mortem ægroti imputari. idem constat in d. *§. iur.* vbi Alber.
ber. existimat, medicum imperitum, cuius causa ægroti
mortem obierit, pœna extraordinaria, non ordinaria pœ-
niendum fore. l. 3. §. 1. ff. de sicar. notat Ripa in d. §. *medicorum*.
rigia l. 6. tit. 8. part. 7. vt hinc merito Iouianus Pontanus dicitur
in Charòte, Liberis medici viuunt, vt quibus permissum
est, hominem impune occidere. Medicos enim non
modo lex absoluit ab homicidio, verum mercedem qua-
que eis statuit. Hæc Pontanus. Igitur cum in specie *c. tua nos*.
c. 1. monachus feminam illam admouerit, vt à ventro
caueret, & ipsa vento & sponens seipsum, mortem obiit,
apparet, non alia ratione monachum illum censeri irregu-
gularem, quam quod operam dederit rei illicitæ: non sim-
pliciter, sed sibi: quia chirurgus esse non poterat. text. etia
c. *sententiam sanguinis ne cler. vel monach.* Nullus, inquit, clericus,
ruptariis, ballistariis, aut huiusmodi viris sanguinum pro-
ponatur: nec vllam chirurgie artem subdiaconus, dia-
conus, vel sacerdos exerceat, quæ aduentionem vel inci-
sionem inducit. Qua ratione Pan. ibi. col. pen. & in ac. Paul.
Parit. cap. 96. col. vlt. tenent, clericum in minoribus con-
stitutum beneficium ecclesiasticum habentem irregu-
larem esse, si ex chirurgie officio, cui operam dedit, aliquis mor-
tem obiit absque eius culpa, quippe qui artem sibi in-
dicam exerceat. Hic est ergo verus intellectus ad text. in
d. *c. tua nos*. sicuti gl. sub obscure, & Dd. manifestè inibi in-
diderunt. Quorum opinione ipse censeo veram esse, pot-
tates ægrotus moriatur ex causa alicuius aduentionis, vel inci-
sionis à chirurgo illatæ. Nam si chirurgus nullam adu-
sionem, nec incisionem fecerit, & tamen ab alio vulneratus,
aut alioqui ægrotus moriatur absque culpa chirurgi,
vel si à chirurgo aduultus, aut incisus, non ex occasione inci-
sionis, vel aduentionis, sed ipsa graui ac lethali ægroti
mortem obierit, nulla contrahitur irregularitas: quod la-
tis constat ex constitutionibus ad hanc rem paulo ante o-
tatis. His omnibus illud libenter addiderim, quod clericus
in minoribus constitutus ordinibus, chirurgie artem ex-
ercens, poterit eorum seculari iudice cõueniri pro negli-
gentiis, & culpis commissis in eius artis vsu. notat optat.
Ioan. Gallus in *quæst.* 150.

Hinc inferitur, quod si laicus, aut clericus in minoribus
chirurgus esset, & iuxta artis peritiam chirurgie operam
daret, atque ex aliqua incisione absque eius culpa ægrotus
periret: non esset irregularis censendus: notat Card. in
c. *tua nos*. & Mari. Soc. in cap. ad audientiam de homicid. num. 31.

Sic et idem Card. in d. *c. tua nos*. 1. col. scribit, quod si mon-
chus, aut clericus exerceat medici artem, & peritus esse,
atque absque eius culpa, casu infirmi & ægroti moriatur,
non esset irregularis: quippe operam daret licite rei, de
quæ non est ei interdicta, c. ad auros. de etat. & quali. Nam
confultit Romanus Pontifex, quod his ad ordines non pro-
moueat, si is conscientiam habet Iasam alicuius culpæ,
quasi liberè permissum iure sit ad ordines sacros promo-
ueri, vbi medicam artem absque culpæ suspitione ex-
erceat.

Ex his etiam apparet, eum irregularem esse, qui infirmis
& ægroti curam habens, dederit ei aliquam portionem ab
medicorum mandato, aut contra eorum prohibitionem
ægrotus ex hoc mortuus fuerit: notat Innoc. & Dd. in
c. tua nos. & Marian. Soc. in d. c. ad audientiam. num. 37.

Pari sanè ratione qui ægrotum in mortis

animum in aliud reuoluat latus, vt citius moriatur, & ne magis crucietur mortis tormentis, irregularis erit, quod Socin. in d. n. 32. scribit. ac Pan. in c. sententiam sanguinis. ne cler. v. m. m. m. ch. Gonfal. à Villad. de irreg. cap. de percussore. col. 5. post Spec. tit. de dispensatione. §. iuxta. vers. quid si alius infirmum.

Hi verò auctores, etià irregularem esse opinantur eum, qui à vulnerato sagittà extraxerit, si ex hoc ipse vulneratus moriatur. Quorum sententiam ego admitterem, vbi in extrahendo sagittam, aliquam culpam habuerit, quia non seruauit modum ab huius rei viris peritissimis præscriptū, vel operam dederit rei sibi illicitæ & interdictæ: alioqui non est omnino vera prædicta opinio.

Secundo, in eisdem prioris partis probationem t̄ expenditur text. in cap. sicut. de homicid. vbi illicite ludens cum femina prægnante, censeatur irregularis, si ex hoc lusu casu contigerit fetus animati abortio: tamen si nullam culpā in eo ludo homicidio præstiterit: sic etenim communis omnium Doctorum sensus illud responsum interpretatur, ex eo quod ludens cum muliere prægnante commercium carnale cum ea haberet, aut habere consueuisset. quati hæc irregularitas minimè contraheretur à fratre, vel conlanguineo, qui cum femina prægnante licite eodē huiusmodi modo. Sed & hanc posteriorem sententiam horum auctorum non aliter veram esse opinor, quam si quis cum muliere, etiam conlanguinea, prægnante tamen, cauere iulerit: alioqui irregularis erit propter culpam in ipso ludendi modo eommittam: quod boni viri arbitrio necessario est committendum.

Tertio ad idem conducit t̄ text. in c. dilectus. de homicid. quod decessum est non esse clericum irregularē, qui cum equitaret, abiq; eius culpa puerum equi impulsu occiderit: quia operam dabat rei licitæ, igitur si operam illicitæ rei dedisset, & sic casus cōtingeret, foret irregularis. Eadem ferè responsio traditur in c. significasti. in 1. eod. tit. vnde si quis contra prohibitionem equitaret, ac denique daret operam rei illicitæ, & accideret, quod in præcitatōis responsis contineretur, foret planè irregularis, quod Caiet. scribit in d. q. 64. art. 8. vbi. vnde si religio. de quo paulo pōst disputabitur. Obiter tamē est adnotandū, hanc opinionē Caiet. deduci ex mēte omnium Canonistarum, in d. cap. dilectus. & in d. c. significasti.

Posterior autem distinctionis pars constat, ex eod. c. dilectus. & cap. significasti. quibus apparet, tantem operam rei licitæ non esse irregularē, si absque eius culpa hominis mors casu sequatur. Hinc sane fit, vt casus cōtingens ex feritate equi, non imputetur sefflori, qui nullam culpā habuit. Idem probatur ex l. 1. in princip. ff. si quadrup. p. ap. sefflori. dicitur. notat Bald. ad text. in d. c. dilectus. ad hoc in consil. 434. lib. 2. l. idem iuris. §. 1. ff. ad leg. Aquil. §. impetu quoque. Instit. ad leg. Aquil. Regia lib. 4. §. 5. tit. 8. par. 7. l. 17. §. 4. Fori. l. 15. tit. 13 lib. 8. ordin. & l. 6. tit. 15. part. 7.

Ad eandem partem pertinet text. in c. presbyterum. de homicid. vbi magister operam rei licitæ præstans, & exhibens, si discipulum percussisset, culpam habens in excessu correctionis, est irregularis morte inde sequuta: propter culpā enim tenetur, quia excessit in correctione. l. pceptoris. ff. ad leg. Aquil. l. sed & si. §. vlt. ff. eod. tit. l. item queritur. §. idem Iulianus. ff. de iur. l. 9. tit. 8. tenebitur enim iuxta modum culpæ, vt in ceteris legibus probatur. At si nullam habuerit in excessu culpam, nequaquam tenebitur de homicidio casuali inde sequuto: quod Dd. omnes videntur in d. c. presbyterum. adnotare, etiam quoad irregularitatem: quicquid Fel. ibi contrarium probare conetur, num. 3.

Tertio eadē posterior pars probatur in c. ex litteris. in 2. & c. iuues. de homicid. quibus in locis non est irregularis, qui dum pulsaret campanas, aut eas tolleret, casu quodam absque eius culpa homicidio cautam dederit, etenim non est irregularis: quippe qui operā daret rei licitæ, quod si pulsatio campanarum esset aliqua ex causa illicita, profecto farentur omnes vtrobiq; irregularitatem contrahi, si absque culpa pulsantis, vel campana, vel tintinnabulum ceciderit: & aliquem ad mortem læserit. Id verò mihi satis dubium est: si ceciderit statim tradetur: constat tamen irregularem esse, qui ad seditionem & arma pulsauerit campanā, & inde fuerit ex prælio inuito aut pugna sequuta mors, cum maxime huic mortis causam dederit.

Nec tamen admitterem, eum irregularem esse, qui campanā pulsauerit in signū, quod aliquis est furca suspensū, aut a ministris iustitiæ iugulandus: tamen si contrariū hotuerunt Dd. in d. c. iuues. & Socin. in cap. ad audiendum. de ho-

mici. num. 58. falsum enim id est: cum hic nec causam propinquam, nec remotam dederit morti, aut homicidio. sic nec ille erit irregularis, qui ligna aut stramenta dederit ad comburendum hæreticum iam mortuum: quod si viuus foret comburendus hæreticus, esset irregularis, qui ligna aut combustionem ministraret, Card. in hac clem. ad fin. idem & Felin. in c. sicut dignum. de homi. §. in quoque Socin. in d. c. ad audiendum. de homi. num. 62. Palud. in 4. sent. dist. 25. q. 4. Spec. tit. de dispensat. §. iuxta. num. 45.

Quarto hinc deducitur t̄ intellectus ad text. in cap. exhibita de homi. vbi non censeatur irregularis ille, qui misit ludendo lapidem in alium, & is à lapide fugiens, ac demum procedens in alterum lapidem caput offendens, culpa medici mortem obierit. Nam qui misit lapidem, operam dabat rei licitæ, nec aliquam culpam habuit, quam ipse præuidere potuisset. Idcirco homicidium casu contingens, ei minime imputatur, quod si culpam habuisset: quia lapidē ita grauem misit, vt non fugienti vulnus posset inferri periculosum, tunc irregularis esset, qui lapidem misit: sicuti notant Innocent. Abb. Anan. & Dd. ibi, quibus suffragatur in simili decisio Bart. in l. si gemina. ff. arbor sursum cecidit. de quo tantisper egimus in hac parti. §. 2. num. 9. quidam tamen, præsertim Abb. & Anan. in d. c. exhibita. censent, ludum illum proiciendi lapides esse licitum inter pueros, licet inter maiores esset reprobis, quia noxius. l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. Ego verò, quoties agitur de ludo proiciendi lapides ad offensionem, opinor nec inter pueros, nec inter maiores licitum esse, quia noxius est, tamen si qui eo in ludo alterum occiderit, aut percusserit, non sit puniendus pœna ordinaria, si consuetudine is ludendi modus, eave pugna fuerit inducta: quod notant Anchar. in c. cum venerabilis. de consuetud. idem in consil. 283. Cremenf. in sing. 199. Capol. in concil. 30. facit ad id gloss. in d. c. cum venerabilis. & in c. denique. 4. dist. vbi Præpos. gloss. in c. sane. de temp. ordinat. & qua latè tradit Roch. Curt. in c. vlt. de consuetud. sol. paruo. 14. Hippol. in l. 1. limit. 19. ff. de sic. ar. las. & Purpur. num. 113. post Bartol. in l. singularia. ff. si cert. per. ex quibus ipse colligo, consuetudinem prauam non excusare etiam in foro iudiciali à tota pœna: sed bene ab aliqua parte pœnæ: nempe à pœna ordinaria: notat & Mart. Azpilcueta in c. consideret. §. santo. de penit. dist. 5. licet prædictæ gl. voluerint simpliciter consuetudinem iniquam excusare à pœna, non à peccato.

Potuit sane ludus proiciendi lapides licere, si is cōtingeret ad vires corporis, & industriam experiundas: non quidem ad nocendum, sicuti de iactu disci solet adnotari: cuius Homerus meminit Odyll. 9. & sic in lib. 8.

Τὸν γὰρ πρὸς εὐχὴν, ἢ καὶ εὐχόμενος ἀπὸ θυμῶν, ἔρριπτον τὸν λίθον, ἢ δὲ δὴ τὴν ἄρσενον ποτὶ τοὺς ποταμούς, ἢ καὶ εὐχόμενος ἀπὸ θυμῶν, ἔρριπτον τὸν λίθον, ἢ δὲ δὴ τὴν ἄρσενον ποτὶ τοὺς ποταμούς.

Quem locum ita Latine tradidit Erasmus, Chiliad. 3. centuria 5. prouerb. 41. Rex aut asinus.

Versatum hunc valida submisit in aera dextra. Intonsus lapis, ast in humum formidine sidunt Phaeaces gens gnara maris, ratibusque superba. Ob saxi iactum, verum id procul omnia signa Transuolat.

Erat autem discus lapis orbicularis, quem exercitij gratia iactare solebant plerumque. scribitq; Didymus in cōmentariis ad Homerum: discum habuisse in medio funē, quo contorquebatur, vt maiori impetu emitteretur. Huius ludī meminit & Martialis lib. 14.

Splendida cum volitent Spartani pondera disci, Est procul pueri: sit semel ille nocens.

Item & Plautus in Bacchidibus:

Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila.

Hoc autem in loco libenter lectorem admoneo, Erasmus virum t̄ alioqui Græcæ, & Latine linguæ peritissimum in dicto prouerbio non satis diligenter Homeri locum expendisse. Etenim cum Iulij Pollucis ludū de pilæ iactu explicaret: qui li. 9. ita inquit: Vrania verò sic habet, aliquis respiciens sese spherā in cœlū mittit, reliquis autē certamē erat, vt eam priusquā in terrā recideret, rapere: id quod in Phæcidis significare videtur Homerus. Hęc Pollux. Erasmus existimat. Pollucē Homeri locum citare, quē modò de iactu disci nos tradidimus: cū satis differat à disci iactu ludus spheræ, cuius Pollux meminit. Est igitur locus, quem Pollux indicat, apud Homer. in eod. lib. 8. Odyss.

Οὐκ ἐστὶν τὸ σπῆλαιον κληρὸν μὲν ἡρώδης ἔλατο
Παρθένου τὴν σφίρακα δὲ ποίησεν αὐτῆς
Τὰ ἐξ αὐτῆς ἰσχυρῶς μετὰ ἑσθῆρα οὐκ ἔλατο
Ἰσχυρῶς δὲ τῆς οὐκ ἀπὸ ἡρώδης οὐκ ἔλατο
Ἰσχυρῶς δὲ τῆς οὐκ ἀπὸ ἡρώδης οὐκ ἔλατο

Hæc Latine ad verbum:

Migruerunt postquam pilam pulchram in manibus acceperunt
Purpuream, quam ipsi Polybus fecerat prudens:
Hanc alter iacebat ad vebulas umbrosas.
Flexus retro: alter autem a terra in alterum eleuatus,
Facile accipiebat, antea quam pedes ad pavementum venirent.

Vtebantur autem & veteres disco ad hoc exercitiū ferro, iſque appellabatur, auctore Euthathio, Solos. Idem commemorat Lud. Cælius lib. lect. antiq. 13. c. 12. Hispani dicimus Heron. Tameſi in nominatus Homeri inter res Iliad. lib. 23. has duas dictiones ita diſtinxerit, vt dicitur planus ſit, ac latus: Solos verò rotundus, & orbiculatus.

Quinto, ex eadē conſiſione deducitur vera interpretatio ad text. in cap. continebatur & in d. d. de homicid. etenim in priori caſu homicidium caſu contingens, irregularitatem inducit in poſteriori verò minime: & tamen vtrobiq; dabat quis operam rei licite. Eſt igitur diſcriminis ratio ex culpa conſtituenda: ſiquidem eo caſu, quo irregularitas inducitur eſt, qui dabat operam rei licite, culpam habuit: quia non adhibuit diligentiam, quam debuit, in præcauēdo homicidij caſum: at in altera ſpecie eam diligentiam adhibuit, atque ideo non efficitur irregularis, ſecundum conſuetudinem omnium ſententiam, poſt gl. ibid. quo ſit, vt ex d. ca. lator. ſatis probetur, palæſtra ludum licitum eſſe etiam clericis. Conſtat ſane hunc ludum, & ei ſimiles exercenda virtutis cauſa licitos eſſe, ſolent. ſi de alio luſu, & aleæ. imo ſi quis hoc in ludo vſus deſenſione, & natura ludi, ne victus euadat, alterum occiderit, non tenebitur de homicidio, ſiqua aſſione ſi quis. l. ſi ex plagis. ſ. cum pila. ſ. ad leg. Aquil. gloſ. Alber. & lat. in l. in executione. ſ. vlt. ſi de verborum obligat. Dec. conſil. 9. Sotia. conſ. 16. lib. 1. Hippo. in præſ. ſ. vlt. in. num. 9. qui ad hanc rem multa tradidit.

Ipſe quidem opinor, ludos cauſa exercendarum virium tunc clericis ſaltem conſtitutis in ſacris licere, quoties hi ludi non ſunt communi hominum iudicio periculofii ad vulnera, vel mortem, quòd ex multis probatur, quæ nota ſolent in c. 1. & c. ſententiam ſanguinis ne cleric. vel monach. & in c. 1. de cornement. Atque hæc dicta ſunt de his, qui operam dederunt rei licite: tamē ſententur irregulariter propter culpam commiſſam in non præcauēdo ea, quæ poterat homicidio cauſam dare. Nec tamen culpa leuiſſima in hoc caſu eſt ſufficiens ad irregularitatem, ſicut probat text. in c. quæſitum de penit. & remiſſi. vbi Panor. mit. hoc notat, & Conſ. à Villadieg. de irregular. cap. de percuf. col. 7. Rauenna in d. c. quæſitum. Angel. in verſ. irregularitas. §. 3. Sylueſt. in verb. homicid. 2. col. 2. & in §. 23. & licet gloſ. in c. ſignificati in primo, de homicid. teneat, culpam leuiſſimam eius, qui rei licite operam dabat, imputari ad irregularitatem: exempla tamen, quæ illi opinioni aptauerunt Hoſtien. & Ioan. And. potius pertinent ad culpam leuem, quam ad leuiſſimam, atque ita ipſe opinor veriore eſſe opinionem Abb. qui eam intelligit, vbi culpa leuiſſima contigerit in omittendo: nam ſi in committendo contigiffet, ſufficeret ad irregularitatem. text. opr. ad hoc in c. conſulenti. 2. qu. 5. & ibi gloſ. quibus accedit, quod leuiſſima culpa contingens in committendo, ad leuem culpam pertinet, gloſ. in l. lege Cornelia. ſ. ad Sylla. cuius nos meminimus in Eptome ad quartam Decret. 2. part. c. 6. §. 8. nu. 13. poſſet etiam leuiſſima culpa ſufficere ad irregularitatem, licet ad omiſſionem pertineret, vbi quis mercede conductus teneretur ad diligentiam exhibendā, quod probatur ex ratione text. in l. qui mercedem. & ibi Bart. ſ. locat. Bar. & Paul. in l. domus. ſ. eod. tit. ex quibus conſtat, teneri eum de leuiſſima culpa, qui mercede conductus, tenebatur ad diligentiam adhibendam. ſic & in hac ſpecie irregularitatis viſum eſt Sylueſt. in d. verb. homicidium. ſecund. §. 15. ſecundum quæ ſunt intelligenda, quæ tradita fuere ab Anan. in c. dilectus. de homicid. col. vlt. & verſ. conſidera.

Ex his ipſe infero, homicidium à perſona priuata commiſſum, nunquā imputari ad irregularitatem, niſi habeat aliquā peccati malitiā, & culpā. Nam qui omnino excuſatur à peccato homicidij priuati, etiam excuſabitur à poena irregularitatis prouenientis ex homicidio priuato. c. ad audentiam. de homicid. cui accedunt & omnia, quæ paulò antè

explicuimus. notant in ſpecie illationē iſtā Palud. in 4. q. diſt. 35. q. 1. ar. 4. & Alfoſius à Caſtro lib. 2. de poſſ. leg. penult. c. 14. verſ. prima principalis conſulſi. & in verſ. ſecunda propoſito. & rursus ca conſtituatur ſine peccato, cū nihilominus ſit volumerium, in perſona tamen priuata ſemper peccatū, aut culpa aliqua exigit, ſiquidē alioqui eſſet omnino inuoluntariū homicidium, ſaltem cauſale ſine culpa, quod non inducit irregularitatem, vt conſtat ex toto tit. de homicid.

Hinc etiam conſtat, quod licet alioqui cauſa propinqua non remota, ſit conſideranda, gloſ. committit recepta. in d. cetero. de homicid. gloſ. in l. ſi mulier. ſ. rerum amota. & cauſa propinqua ſit illa, quæ damnū dat, non accedente alia extrinſeca cauſa, l. qui domum. ſ. locati. notat Abb. in cap. diſcretionem. c. 1. qui cogno. conſanguin. vxoris ſus. quæ quidem cauſa dicitur altera immediata, vt explicat Dec. in authent. præterea. C. unde vxor. col. 1. Bart. in l. 1. ff. de ad. & obligat. Cagnol. in verſ. ſi proſpecto Pandectarum. col. 1. omnium latiffime Andr. Thraquall. in libell. de cauſa ceſſante. limitatione 20. Eleganter Cicero ex Medea fabula. lib. 2. ad Herennium, nu. 68. & in lib. de Fatu, ex eadē fabula. & ex his, quæ in eius prologo Euripides ſcribit, ſiguius item explicat Clemens Alexandrinus, lib. 8. Stromateum attamen ad culpam aliquam, ſaltem eam, quæ ſufficit ad ad regularitatem conſtituendam, non eſt ſemper neceſſaria cauſa immediata, aut propinqua, imo ſufficit alia cauſa, modò ſit non admodum, vel omnino remota, quod bonus vir arbitrabitur.

Cæterum de homicidio cauſali contingenti ex eo, quod quis dabat opera rei illicitæ, illud eſt omnino commune omnium ſententia definitum, vt irregularitatem inducat, etiam ſi id caſu, & præter voluntatem ac intentionem acciderit, & adhibita fuerit diligentia, quæ ad id præcauēdum adhiberi potuit, ac debuit. Cuius conſiſionis veritatem libet quædam argumentatione expendam. Etenim autem irregularitas oritur ex illa culpa, quam quis habet in eo, quod operam dat rei illicitæ, aut ex illa, quæ contingit in negligentia non præcauēdi, quæ homicidio cauſali pertinet cauſam dare, non oritur ex poſteriori, vt omnes iuratur, quia itidem conſtituitur irregularitas, etiam ſi qui dabat operam rei illicitæ, adhibuerit diligentiam, quam debuit, præcauēdo, quæ noceere potuiſſet, & quæ præcauere potuit, ac tenebatur. Igitur irregularitas oritur ex priori culpa. Quod ſi ex priori culpa oritur id, mirum eſt cum ea culpa nullo pacto ad homicidium pertineat, ſicut dicitur in principio huius §. Etenim qui illicite, & cōtra iuris prohibitionem equitat, ac omnino adhibuerit diligentiam, quam debuit, ne equus alicui noceret in iplo incellu, & curſu, atque nihilominus caſu minime præcogitato aliquem occiderit equus, erit hic reus illius contumaciæ, quæ commiſiſi, non tamen homicidij quoad culpam. vnde ibi, vt debeat hic liber cenſeri ad irregularitatem prouenientem ex homicidio à perſona priuata commiſſo. Quod paulò ante probauimus. Rurſus ex priori culpa hæc irregularitas dicitur, patet multis in caſibus eam eſſe conſtituendam, de quibus viri vtriuſque iuris peritiſſimi merito dubitabunt, & pleriq; plane cælebunt, ad poſſe iure irregularitatem dandi.

Primus in eo proponitur, qui aduerſus prohibitionem illicite charitas ad ludendum conſiceret, ac demum qui eſſet, ludebat, alterum orta contentione occiderit. Etenim qui chartas fecit luſorias operā dedit rei illicitæ, ex qua præter eius cognitionem mors contigerit, quam ipſe non potuit præcauere maiori adhibita diligentia, & tamen in illa conſtituitur priori culpa, ſed hunc non eſſe irregularem, probat optime Socin. in d. cap. ad audentiam. de homicid. num. 4. igitur prior illa culpa ſimpliciter non eſt ſufficiens ad irregularitatem.

Secundo idem accidere poſteſt in eo, qui cum arteſt eſſet, ex ferro furto ſublato enſem fecerit, & qui ab eo illum emerit, hominem occiderit, hic ſiquidem arteſt non erit irregularis, vt notauit Alfoſius à Caſtro in d. lib. 2. de poſſ. leg. penult. c. 14. verſ. hic tamen admonet. Quod ſi prior illa culpa ſufficiens foret ad irregularitatem, profectò hic eſſet cenſendus omnino irregularis, quod eſt omnino falſum.

Tertio ad idem traditur exemplum de eo, qui vxorem alicuius per adulterium polluerit, & ex ea cauſa maritus eam occiderit, non enim erit irregularis adulter. & tunc non eſt hunc irregularem, idē vir doctiſſimus Alfoſius à Caſtro

Castro esse in illo versio hic tamen admonere quia homicidium hoc non sequitur per se, nec necessario ex adulterio, sed solum propter intentionem adulterij occasionaliter. At tamen si illa prior culpa ad irregularitatem sufficeret, dubio procul esset hic adulter irregularis.

Quarto ipse considero in specie d. lictus de homicid. & cap. si quis in illo. quod si quis esset a iudice, vel superiore dominum exire prohibitus, & is contempto hoc precepto, extra domum equitaret, atque absque eius alia culpa equum aliqueum occiderit, profecto hic non erit irregularis. quod si illa prior culpa scilicet opera illicita esset sufficiens ad irregularitatem, dicendum foret, hunc irregularem esse, atque Caeter. notavit, & asseuerat in d. art. 8. cuius nos patet ante meminimus, nec tamen eius opinionem probamus.

Quinto, eadem est consideratio facienda ad text. in cap. ex litteris 2. & cap. loannes de homicid. siquidem qui tempore interdicti ecclesiastici campanas pulsaret, ad officij diuini signum, daret operam rei illicitae, & tamen licet contingeret casu contingibili aliqueum occidi absque culpa aliqua ipsius pulsantis campanas. ita quidem, vt nulla possit alia notari culpa, quam quod illicite contra prohibitionem campanas pulsauerit ad rem diuinam, non esset meo iudicio censendum irregularis, tamen si contrarium respondendum foret, si diceremus, priorem illam culpam sufficere ad irregularitatem. Multa his similia possent exponi, quae communem illam distinctionem, quoad eius posteriorem partem dubiam reddunt. idcirco nos conabimur in medium nostram hac de re sententiam adducere, & eam lectoris iudicio libenter committere.

Illud sane constitutissimum sit, Euentus ex aliquo securo opere, minime quidem ab operante praecogitatos, sed praeter eius intentionem contingentes, imputari operanti, si illi euentus per se, & necessario sequitur ex priori opere, aut saltem vt in pluribus ex illo eueniunt, & euenire solent. hoc deducitur ex sancto Tho. 1. 2. q. 20. art. 5. cuius nos mentionem fecimus in princ. huius 2. part. num. 1.

Deinde illud praenotandum, casus euenientes ex aliquo opere praeter operantis intentionem, & ab eo non praecogitatos, esse per accidens, & indirecte voluntarios, aut ab ipso operante volitos, non per se, & directe, secundum Thom. in 2. 2. q. 64. art. ceteri consentiunt.

Item erit hic obseruandum, hoc voluntarium esse magis, vel minus indirectum, ac plus, vel minus habere voluntatis, aut volitionis, vt interim sic loquamur, directe, secundum quod ipsum opus per se volitum magis, vel minus est aptum, aut ordinatum, seu periculosum, vt illi euentus sequantur, iuxta hoc etenim plus vel minus erunt censendi euentus contingentes ex eo voluntarij, quod constat ex his, quae in d. num. 1. adnotauimus, & item nu. 2. Hoc ipsum & ipse Tho. sentit in quest. de ignorantia. 1. 2. q. 76. art. 4.

Ex quibus deducitur, euentus ex hoc opere, non per se, nec necessario, nec vt pluries contingere solitos, sed per accidens succedentes, minime imputari, nec directe, nec indirecte comprehendi sub volitione operantis, atque ideo minime fore considerandos, quemadmodum ex S. Tho. & Palud. nos tradidimus in d. 2. in princ. huius 2. part.

Igitur his ad amissum inspectis, & diligenter obseruatis, consequitur, homicidium casuale tunc demum ad irregularitatem imputandum fore, danti operam rei illicitae, quando actus ille illicitus est ordinatus sua propria natura ad mortis laesionem, vel ad homicidium, vt explicat Socin. in d. c. ad audiendam de homicid. num. 49. sentiunt Anchar. & Franc. in c. vlt. de homicid. in 6. Gonsal. a Villadiego in tract. de irregularitate. cap. de percussore. col. 3. aut quoties homicidium illud procedit ab illo actu illicito, per se quidem, & necessario, non per accidens, sicuti Alfonso a Castro probat in d. cap. 14. quae saltem, vbi illicitum illud opus per se volitum est periculosum ex natura sua, aut saltem saepe inde mors sequatur, aut frequenter. Quod post huius operis primam editionem legi apud Dominicum Soto lib. 5. de iustit. & iur. q. 2. art. 9. Hoc etenim tendunt omnes iuris Pontificij decisiones, quae statuerunt irregularitatem propter homicidium casuale sequuntur, ex opere illicito etiam praeter intentionem operantis, etiam adhibita per eum diligentia, quae adhiberi potuit. Idem plurimum confirmatur ex ratione text. in c. vlt. de homicid. in 6. dum inquit, illud homicidium sequatur praeter intentionem imputari danti operam rei illicitae, id est, mandato inferendae iniuriae, quia mandando in casu, a iue-

rit, & hoc euenire posse, debuerit cogitare.

Qua ratione inferitur, inter dantem operam rei licitae, & illicite operantem, hoc esse discrimen quoad homicidium casuale, quod posteriori homicidium imputatur ex eo, quia culpam maximam habet, & contrahit dando operam rei illicitae, simul & homicidium, vel membri mutilationem periculosa, saltem frequenter, aut ex propria natura ad id ordinata per se quidem, & necessario, priori vero non aliter imputatur, quam ex culpa commissa in hoc, quod non adhibuit diligentiam, quam adhibere tenebatur, & poterat, ad praecauendum, ne homicidium sequeretur. Hac differentia constat ex his decisionibus, & constitutionibus, quae iure Pontificio hac de re sunt statuta.

Secundo deducitur, in hac controuersia, cum actum dicitur illicitum, qui prohibitus fuerit ratione huius periculi ad homicidium vel mortem, aut membri abscissionem, ita enim ipse colligo ex cap. tua nos. in princ. de homicid. iuncto cap. sententiam sanguinis. ne cler. vel monach. & cap. sicut. eod. tit. de homicid. Alioqui si actus non prohiberetur ratione huius periculi, sed ex alia causa, profecto huius prohibitionis transgressio nullam nec minimam haberet homicidij culpam, quae tamen vel aliqua necessaria est, vt homicidium priuato imputetur ad irregularitatem, quemadmodum superius attigimus.

Tertio subsequitur ex his, quod si laicus chirurgus peritissimus, aliqua ex causa, quae non respiceret imperitiam artis, sed poenam aliunde inflatam, prohibitus foret a iudice ad tempus vt chirurgi officio, & is non obstante hac prohibitione secreto eadem vteretur arte, atque ob aliquam incisionem peritissimam factam, culpa aegroti mors sequuta sit, non erit hic irregularis: etenim hac transgressio illicita praeccepti iudicis non pertinet ad culpam homicidij casualis, quia prohibitio non fit propter periculum homicidij, vt fit in d. c. sententiam sanguinis. quo clerici in sacris constituti prohibentur exercere chirurgicam arte, quia ex incisionibus & adustionibus solent homicidia euenire. Huius autem dubij decisio lectoris correctioni, vt & multa alia in hac materia per me definita, Doctoribus plerumque refragantibus committenda est.

Quarto inferitur, quid dicendum de clerico, qui venationi illicitae operam dedit, & absque eius culpa, omni diligentia praemissa iaculo hominem confixerit, & occiderit, exitumans, esse feram. Quemadmodum & Procrin vxorem Cephalus olim telo volatili confixit, auctore Ouidio lib. 7. Metamorph. & lib. 3. de arte amandi. an hic sit censendus irregularis? nam si hic casus contigisset ei, qui venari poterat, nec dabit operam venationi illicitae, profecto respondendum foret, nullam contrahi irregularitatem, quod in specie colligitur ex eleganti consil. 58. Socini iunioris, lib. 1. & tradit Alfonso a Castro. in d. lib. 2. de potest. leg. parol. cap. 4. per se, nec refert, qui, & socin. sententia, in hac specie contrahi irregularitatem, si daretur opera venationi prohibita & illicita, etiam si omnem venator adhibuerit diligentiam ad praecauendum homicidium. Quam sententiam ipse admitterem dubio procul, vbi venatio esset prohibita ob pericula homicidij, mortis, aut vulnerum, quae solent contingere ex simili venandi modo. At vbi venatio esset interdicta propter honestatem, vt clericis interdicatur, aut propter custodiam animalium, tunc non probarem, nec admitterem hanc opinionem, si nulla alia culpa in ipso actu contigerit, quam quod operam venator dabat interdictae venationi. Quod rationem habet ab his, quae modo notauimus in verb. 2. deducitur. Non enim illa culpa illicitae venationis ad homicidium pertinet, sed tantum ad transgressionem praeccepti de non venando constituti, quae non sufficit ad irregularitatem ex homicidio priuato constitutendam, vt paulo ante dicebamus: & id patet, quia si non esset interdicta venatio, vt omnes fatentur, nulla contraheretur ex hac specie irregularitas: igitur irregularitas non est dicenda ex illa culpa, quae nulla ex parte ad homicidium fertur, sed ad transgressionem praeccepti, cuius violatio iuxta canonicas sanctiones non producit irregularitatem.

Quinto libenter hinc deducam intellectum ad text. in c. sicut de homicid. inquires. an irregularitas in ea specie deducatur ab ea culpa, quam inibi habuit, qui cum femina ludabat inhoneste, & libidinis causa, an ab ea, quae commissa fuit ludendo femina praegnantem, ita quidem, vt periculum abortionis possit inde timeri? & vere irregularitas non oritur a



